



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum
Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos
Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1734

Approbatio Theologica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62204)

Approbatio Theologica.

Cum Opus hoc præclarum & utilissimum, quod inscribitur *Jus Canonicum practicè explicatum*, continens Partem alteram Decisionum Casuum, ad Singulos Decretalium titulos pertinenti, eâ doctrinæ soliditate, claritate, copiâ, & amœnitate polleat, quæ longissimam Auctoris Experientiam, Eruditionem vastissimam, profundissimamque Juris Sacri & Profani notitiam scientiamque demonstret ad oculum universis: simulque in Morum ac Fidei Orthodoxæ Regulas non solum offendat nusquam, sed ad illas conformet omnia quàm exactissimè: idcirco dignissimum sanè est, ut cum alijs jam præcedentibus Eiusdem Auctoris celeberrimi, & de Universitate hac nostrâ præstantissimè meriti Operibus eruditissimis clarissimisque Illius Famam Erudito Orbi quaquaversum commendare pergat, & ad summam omnium tum expectationem tum utilitatem in lucem publicam prodeat. Ita censeo Ingolstadij 6. Sept. 1733.

*Franciscus Halden S. J. SS.
Theol. Prof. Ordin. & p.
& Facultatis Theol. Decanus.*

APPROBATIO JURIDICA.

Celeberimus Juris Canonici Interpres, & totius Operis hujus Practici Auctor Clarissimus, antea in Theoria *Candidatum* solidissimè instructum, sicut in Prima, ita & in Altera præsentis Tractatus Parte ulterius & plenariè in Praxi informat, dum Casus iterum nonaginta duos per Quæstiones difficillimas ex Summorum Pontificum Decretis juxta Ordinem Titulorum, quinque Libris Decretalium insertorum, maxima Ingenii felicitate selectas, ac in Foro quotidie occurrentes firmissimè decidit; publicam proinde Lucem, & Approbationem eandem meretur Pars hæc posterior, quam Prior. Ita rursus censeo Ingolstadii

*Joannes Franciscus de Haibe, Jurium Doctor,
Sereniss. Elect. Bay. Consil. Insit. Imper. &
Rerum Criminal. Professor Ordin. & Facul.
tatis Juridicæ Decanus.*

Elench.